



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati mortalis Libri Qvinq[ve]

Pelecycus, Johannes

Monachii, 1615

IV. Deus potest hominem, à se gratuitò conditum, in nihilum cùm vult,  
redigere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

## CAPVT IIII.

Deus potest hominem à se gratuito con-  
ditum, in nihilum, cum vult,  
redigere.

**D**Eus, qua libertate volunta-  
tis, & immensitate potesta-  
tis suæ, hominem ex nihilo con-  
didit, eadem potest illum, in  
nihilum quoque redigere; *Solus*  
*enim*, vt Apostolus ait, *im-*  
*mortalitatem habet*, hoc est, solus  
naturâ suâ habet, mori non pos-  
se, aut desinere esse, sicut & so-  
lus quoque à se ipso habet esse;  
cætera verò omnia, adeoq; ho-  
mo ipse quoque, quia ex seipsis  
esse non habent, *vanitati subiecta*  
*sunt*, secundum D. Paulum, & si-  
*Pf. 101. 27. eunt vestimentum*, vt Psalmista lo-  
quitur, *veterascunt*, possuntq; non  
esse, nisi is, qui ea beneficio im-  
mortali fecit, conseruare quoq;  
dignetur, non minus quam lux  
aëris

2. Tim. 6.  
16.

Rom. 8. 20. sunt, secundum D. Paulum, & si-  
Pf. 101. 27. eunt vestimentum, vt Psalmista lo-  
quitur, veterascunt, possuntq; non  
esse, nisi is, qui ea beneficio im-  
mortali fecit, conseruare quoq;  
dignetur, non minus quam lux  
aëris

aëris illuminati à sole pendet vt  
conferuetur. Accedit in huius  
rei confirmationem eiusdem va-  
tis vox profectò luculenta : *Si Ps. 103. 29.*

*Deus auerteret faciẽ suam, omnes tur-  
barentur, & si auferret spiritum eo-  
rum deficerent, & in puluerem re-  
uerterentur; imò in nihilum. Ec-  
ce sicut lutum in manu figuli, ita  
nos in manu Domini, ait Hiere-  
mias; Figulus autem, vas, Cap. 18. 6.*

quod fecit, frangere potest, er-  
go & hominem Deus, quem fe-  
cit, non conseruando scilicet  
eum, aut portando verbo vir-  
tutis suæ. Eius nutu pendent *Heb. 1. 3.*  
omnia, vt verbis his Iudas Ma- *2. Mach. 8.*  
chabæus ostendit : *Nos in omni- 18.*

*potenti Domino, qui potest & ve-  
nientes aduersum nos, & uniuersum  
mundum vno nutu delere, con-  
fidimus, sed libet de re eadẽ Hie-  
remiã quoq; audire: Corripe me, in-  
quit, Domine, veritatem in iudicio,*

*Cap. 10. 24.*

☩

*Act. 17. 28.* *Et non in furore tuo, ne forte ad nihilum me redigas. In eo uiuimus, mouemur, & sumus.* ait D. Paulus. Verbo: Vt Deus solus est, qui est; ita homo est, qui non est; & vt solus ille non potest desinere esse, sic hic in nihilum redigi potest. Iam quomodo Deum ille offendere possit non video; si quispiam in turri excelsa staret, aliumque ille, tenui pendentem filo, ne caderet, teneret, auderet ne talis se tenentem offendere, conuertiari? Tu, ô peccator miserrime, à voluntate diuina, ne in nihilum cadas, teneris, qua fronte eius maiestatem audes offendere, & ad iram prouocare? O homo non homo.

## CAPVT V.

*Homo, eximius licet bonis ornatus, cum Deo tamen comparatus, miser & nullus est.*

Orbis